



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Vitulus. Concuipiscendi vis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

judicio detrudendos. Sinistram vero in eodem Septentrione esse Theologis, quis dubitet. cum im-
pii in eandem cum dæmone regionem sint detrudendi? ideoque harum trium regionum symbo-
lum finxerunt Cerberum canem tricipitem, quo etiam tria Dei regna significarent, coeleste, terre-
num, & infernum.

TRES NATURALES NECESSITATES.
CAP. III.

Enid. l. 6. **E**UNDEM Cerberum tricipitem finxere Poëtæ infernæ domus aditum custodire: eo hierogly-
phyco tres necessitates naturales, quæ hominem à sempiternarum rerum contemplatione ab-
ducunt, significantes: nempe famem, sitim, & somnum; & ideo Virgilius fingit Sibyllam, quæ Ene-
am mentem ad magnarum rerum contemplationem convertere volentem, monet ut huic Cerbero,
Melle soporatum & odoratis frugibus offam.
objiciat, statimque illo relicto transeat: ut indicet, esse quidem his necessitatibus satisfaciendum, sed
non prorsus indulgendum.

FELIS.

LIBERTATIS APPETENTIA.
CAP. IV.

FELIS, præter ea quæ de illo scripsit Pierius, libertatis appetentiæ hieroglyphicum fuit, quo præci-
t Alani, Burgundiones & Suevi, teste Methodio, in militaribus signis uti solebant: perinde ut Fel-
es carcerem ferre non possunt: sic se servitutis impatientissimos esse testantur.

VITULUS.

CONCUPISCENDI VIS. CAP. V.

MANSUETUS & domesticus vitulus, vel bos, concupiscendi appetendi que vim, quæ in nobis est,
denotat: quia constat, nullum animalæque appetitui obedire & venerem esse, acque Vitu-
lum sive Taurum.

*Attamon
secundum in
terdum à
vaccis, hinc
illud Att-
morum, sicut
ab Aristotele
l. 6. de
Natura Ani-
mæ.
Id est, con-
muntari.
Capricor-
ni Deo-
rum porta.
Sunt in
Augusto c.
94. Et Pie-
rius lib. 1.
151.
Augusti.
Ge. su.*

CAPRICORNUS.

MORS, VEL DEFUNCTORUM
ANIMÆ, ET SECUNDA FORTUNA.
CAP. VI.

CAPRICORNI signum, quod in multis Augusti Ca-
saris numismatibus videmus summam, ut Astro-
nomi tradunt, sub se natis portendens felicitatem, à
Platonis Deorum porta vocatur; quia per eum tra-
dunt, animas corporis vinculo solutas, rursus in cælum
ascendere, ubi divinæ naturæ participes fiunt, ideoque
hoc signum sidereum animas defunctorum mortem
ve significat, & nonnunquam secundam fortunam,
sumamque felicitatem, ut diximus.



CAN.